



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 20. Ecclesia Germanica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

desiderantium tranquillitatem salutem. *Sæcul. XIV.*  
que publicam. Dabat 15 Sept. 1353. *A.C. 1354.*  
Ita Innocentius VI laudat hominem, cui *Sup. lib. 95.*  
Clemens VI tam male precatus erat. *§. 39.*

§. XX.

*Ecclesia Germanica.*

Carolus Luxemburgius Bohemiæ ac  
Romanorum Rex magis magisque  
in Germania & authoritatem suam, &  
pacem firmabat. Hoc anno mense De- *Rebdorf.*  
*cembri Moguntiam venit invitatus a Cle-* *p. 447.*  
*ro ac populo præsidium suum imploran-* *Trit. Hirf.*  
*tibus contra Henricum Virneburgium ve-* *aug. an. 1353*  
*terem loci Antistitem a Clemente VI ex-* *Sup. lib. 95.*  
*authoratum, & Conradum Falkenstei-*  
*nium illius Adjutorem. Henricus enim*  
*semper contendebat de sede Moguntina*  
*cum Gerlaco Naffovio, cui Papa eam*  
*tribuerat; & qui tunc Regem Carolum*  
*comitabatur. Hic inquirere in statum*  
*urbis ac diœcesis cœperat; cum Hen-*  
*ricus repentinam mortem oppetiit pridie*  
*Natalem Christi. Tum Conradus Regis*  
*opera transigebat cum Gerlaco, qui sedis*  
*possessor quietus mansit: atque sic fini-*  
*tum est schisma Moguntinum, quod an-*  
*nos octo duraverat.*

Sequente anno 1354 die S. Agnetis *Idem Vitæ*  
21 Jan. obiit Archiepiscopus Trevirensis *l. i. Miscel.*  
Balduinus Luxemburgius Caroli Regis *Baluz. p. 160*

**Sæcul. XIV.**  
A.C. 1354

propatruus sexagesimo octavo ætatis suæ anno; postquam eam Ecclesiam quadraginta sex annis magna cum celebritate nominis sui gubernaverat. Successit illi Boëmontius Edersdorffius ejus Ecclesiæ Decanus in Archiepiscopum electus a Canonicis.

**Alb. Arg.**

**p. 156.**

**Rebd. p. 441.** vari, Ludovico Marchione Brandenburgio, **Baillet. instr.** & Alberto Bavariæ Duce. Ludovicus **pass. n. 541.**

**Sup. l. 55.**

**§. 18.**

Rex Carolus etiam pacem junxit cum duobus filiis Imperatoris Ludovici Bavarii, Ludovico Marchione Brandenburgio, Alberto Bavariæ Duce. Ludovicus Carolo tradidit ea, quæ vocabantur insignia Imperii, nempe sacram hastam, clavum, partem veræ crucis, aliasque reliquias. Hasta erat eadem, quam Rex Henricus Auceps sub annum 930 a Rudolpho II Burgundiæ Rege acceperat; & quæ Constantini Magni fuisse dicebatur; at seculo decimo quarto credebatur esse illa, qua latus Christi Domini confixum fuerat. Carolus promiserat se intra triduum has reliquias Norimbergam, aut Francofordiam missurum; sed in suam sedem Pragam deferri jussit exultante Bohemia.

**Rayn. 1354.**

**n. 18.**

Immo Papam Innocentium oravit Carolus, ut institueret festum, quo instrumenta cruciatuum Christi colerentur. Concessit ille per diploma Idibus Februariis datum, cuius hæc est summa: Ut Carolus Romanorum ac Bohemiæ Rex nobis indicavit, asservat instar priorum Imper.

Imperatorum sacram lanceam clavumque Sæcul. XIV.  
crucis: & has ad reliquias undique ma- A.C. 1354.  
gna cum pietate concurrit populus. Sup-  
plicavit igitur, ut festum in earum hono-  
rem Germaniæ ac Bohemiæ præcipere-  
mus. Pii desiderii rationem ducentes,  
quotannis diem Veneris post octavam  
Paschatis sub nomine harum reliquiarum  
illis duobus in regnis volumus esse sole-  
mnem festa religione ac peculiari officio  
componendo per Præfules, aliosque Do-  
ctores, quos Rex delegerit. Et iis, qui  
festo earum die templum, ubi erunt ex-  
positæ, pietatis causa inviserint, largi-  
mur indulgentiam trium annorum, ac ter  
quadraginta dierum, centenorum insu-  
per pro sacrificio divino, & qualibet  
hora seu parte officii. Hac de re litte-  
ras Papa circummisit ad Archiepiscopos  
naultarum urbium, nominatim Pragæ,  
Magdeburgi, Coloniæ, Trevirorum, Mo-  
guntiæ, Salisburgi, Bremæ, Rigæ; at-  
que ad Præfulum illorum Suffraganeos.  
Rex Carolus alias quoque reliquias mul-  
tas concessit Pragam.

Eodem deprecante pro Duce Bava- Ragm. n. 16.  
riæ Alberto Papa Episcopis Wurzebur-  
gensi Spirensique mandavit, ut hunc  
Principem exsolverent censuris omnibus,  
in quas incurrisset Imperatoris Ludovici  
patris sui partes sequendo. Diploma da-  
bat 31 Martii an. 1354.